



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XX. Die Markgrafen Otto, Konrad und Johann schenken dem Kloster Neuendorf bisherige Besitzungen des Ritters Henning von Buzt in Schwiesau und Bukau, am 12. Mai 1301.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

impedire. Ad hujus rei evidentiam pleniorē presentes litteras conscribi jussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes hujus rei sunt fideles nostri dominus Hinricus de Wardeberg, dapifer noster, dominus Conradus de Redere, dominus Bartoldus pincerna, advocatus Stendaliensis, dominus Geldeco et alii plures fide digni. Acta sunt hec Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXI. et data per manum domini Alwardi, curie nostre notarii et prepositi Ruppiniensis.

Orig. in M. Ein Sig. pedestre mit abgebrochener Umschrift; ein zweites hat nie daran gehangen. — Befm. 112.

XX. Die Markgrafen Otto, Konrad und Johann schenken dem Kloster Neuendorf bisherige Besitzungen des Ritters Henning von Buzt in Schwiesau und Buzau, am 12. Mai 1301.

Nos Otto, Conradus, Johannes, dei gratia marchiones de Brandeborch et de Landesberch, tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod omnia bona cum omnibus attinentiis sita in Zuifowe, que pertinebant domino Hennigo militi, dicto de Buzt, similiter bona in Buzkowe cum omnibus attinentiis ad prelibatum militem quondam spectantibus propter dei intuitum gratanter, insuper proprietatem dictorum bonorum claustro et collegio sanctimonialium in Nigendorp dedimus ac appropriavimus cum omni jure, sicut idem miles prius possederat, predicto claustro Nigendorp perpetuo libere possidendum. Hujus rei testes sunt dominus Johannes miles, dictus de Blankenborch, dominus Renzeko, dictus de Guzec, et Bartoldus pincerna. In cujus rei signum presentem litteram dicto claustro contulimus pro confirmatione prehabitorum sigillo presenti videlicet et marchionis premissi contenti eodem utrobique firmiter consignatam. Datum Templin, anno domini MCCC. in crastino ascensionis domini.

Orig. in M. Nur 1 Siegel mit verlornen Umschrift; mehr haben nie daran gehangen. — Befm. 117.

XXI. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Kloster Neuendorf (für 1 Talent in Gardelegen) die Hebung von 1 Chorus Roggen in Algenstedt, am 2. August 1303.

Nos Otto et Conradus, dei gracia Brandeburgenses et de Landesberch marchiones, presentibus recognoscimus evidentius profitentes, quod cum pleno consensu et cum bona voluntate nostrorum coheredum pro redditibus unius talenti quod habuerunt in Gardeleghe, dedimus proprietatem reddituum unius chori siliginis in uilla Alincstede apud Gardeleghe sanctimonialibus in Nyendorp perpetuis temporibus feliciter possidendam. Ut autem hec predicta proprietatis nostra donatio perpetua perseveret — — — presentem paginam etc. — — — Testes

Sauptsh. I. Bd. XXII.